



1.  
1.  
2.  
7.  
1.  
2.  
3.  
4.  
5.  
6.  
7.

*P. 11. num. 2. 1777*

*9*

DE  
**IVRE RETRAHENDI  
RES MOBILES  
SPECIATIM WIRTEMBERGICO**

SVB DIVINIS AVSPICIIS  
RECTORE VNIVERSITATIS EBERHARDINO-CAROLINÆ  
MAGNIFICENTISSIMO  
SERENISSIMO ac POTENTISSIMO DVCE ET DOMINO  
D O M I N O

**C A R O L O**

WIRTEMBERGIÆ ET TECCIÆ DVCE REGNANTE  
REL. REL.

ILLVSTRIS IVRECONSVLTORVM ORDINIS AVCTORITATE  
P R Æ S I D E

**SIXTO IACOBO KAPFF**

IVRIVM DOCTORE ET PROFESSORE PVBLICO ORDINARIO  
SERENISSIMI WIRTEMBERGIÆ DVCIS CONSILIARIO  
PATRONO, PRÆCEPTORE ET COGNATO SVO COLENDISSIMO

PRO GRADV DOCTORIS

AD DIEM SEPTEMBRIS MDCCLXXI.

DISPVTABIT AVCTOR

**CAROLVS CHRISTIANVS IAEGER**  
WAIBLINGENSIS.

TVBINGÆ TYPIS FVESIANIS.



*1777*

*1777 5.*

*21*



3. 10. 1785. 2.

IN RE REFRANENDI

RES MOBILES

SECTIO JURIS

RECTOR UNIVERSITATIS

GENERICUM

CAROLO

SECTIO JURIS

SIXTO

PATRONO

PRO GRADU

CAROLVS





DE  
IVRE RETRAHENDI  
RES MOBILES  
SPECIATIM WIRTEMBERGICO.

---



I.

Ius retractus, germanis pro diversitate provincia-  
rum & locorum *Näher-Recht*, *Näherkauf*,  
*Einstand*, *Innstands-Recht*, *Einsprache*, *Abtrieb*,  
*Beysprache*, *Beyspruch*, *Beysprechung*, *Anstand*,

A 2

An-



*Anstands-Recht, Vorkauf, Beschüttung, Zug-Recht* 1) apud nos & in vicinia *Lofung* 2) *Auslösung*, est facultas, rem maxime immobilem ab alio venditam, pro eodem pretio, modo & tempore legibus præscripto ab emtore vel quovis alio possessore revocandi. Hoc ius, quod a prohibita alienatione, a pacto de retrovendendo, a iure protimiseos, a relucione pignoris aliisque affinis merito distinxerunt maximi nominis iureconsulti 3), originis,

- 1) Has denominationes fere omnes e iuribus provincialibus & statutariis comprobavit *illustr. CAROL. FRID. WALCHIVS* in libello, cui titulus: *das Näherrecht systematisch entworfen*. p. 11. Quoad denominationem *Zugrecht* addo, quod eadem quoque in *ordine provinc. Badensi Tit. 3.* in Legibus quibusdam *Helveticis*, v. gr. *Basileensibus*, *Bernensibus*, & iis, quibus *Lucerna* regitur, teste *JOH. JAC. LEVIO*, in *dem Aïdgenossischen Stadt- und Landrecht P. 3.* p. 559. contineatur.
- 2) de alio plane vocabuli *Lofung* significatu, quo *Norimbergæ* præcipue pro contributionis specie sumitur vid. v. *IVSTI Staats-Wirthschaft 1. Theil §. 232.* *Idem*, in *dem System des Finanz-Wesens §. 747.* von der Lith, in *den politischen Betrachtungen über die verschiedene Arten von Steuern §. 74—76.* quibus addi meretur celebris Commentator ad Reformationem *Noricam: LAZARVS CASPAR WOELKER Tom. 1. p. 259. Rubro: von dem Lofungs-Amt.*
- 3) b. *SCHOEPPF* in *Diss. de retractu conventionali & testament. Cap.*

ginis, prout hodie obtinet, licet simile quid romani non ignoraverint, est vere germanicæ 4) & haud ultimum iuris germanici privati caput constituit, licet non ubique locorum uno eodemque modo obtineat, & alibi hæc, alibi alia species, alibi sub his, alibi sub aliis occurrat determinationibus.

## II.

Fundamentum quoddam & rationem iuris retractus generalem omnibus ejusdem speciebus communem, ob tantam specierum, quarum una alteram antiquitate antecellit, diversitatem, morumque difformitatem, reddere non audeo. Videtur potius sententia *Frommanni*, præcipue si hodiernam iuris retractus consideramus faciem, veritati maxime consentanea, pro diversitate specierum diversam iuris retractus rationem statuentis. 5) Si tamen fundamentum quoddam red-

Cap. I. §. 2. WALCH I, c. pag. 62. *Celeberr. Io. LVDOV. SCHMID* in *Comment. in was für Münz-Sorten ist eine Geld-Schuld abzutragen* §. 284. seq. & præcipue *Cl. GEORG. LVDOV. MADIHN*, in *Diss. de Jure protimiseos ejusque a jure retractus discrimine.*

- 4) id quod erudite comprobavit *CHRIST. GOTTLIEB. BVDER*, seu potius *Resp. FRID. ANDR. GNÜGE* in *Diss. de juris retractus gentilitii in Germania origine.* WALCH. I. c.  
5) *FROMMANN* in *Delineat. Iur. Retr. Würtemb. Cap. §. §. 20.*



dendum esset universale, ingeniosissima absque dubio & eruditissima est hypothesis WALCHII 6) qui non retractus solum gentilitii, *Erbfreund-Recht*, *Erblosung*, circa quem facilius lectores habebit consentientes 7), sed reliquarum adeo specierum rationem in *condominio* quodam, retrahentibus in re retrahenda competente, posuit, & per singulas impari tamen deduxit applausu. 8)

### III.

Quicquid autem sit, missa hac controversia, de qua verba faciendi mei non est instituti, ad thesin, quæ minus dubitationis habet, me converto. In eo videlicet conspiciantur leges Germaniæ, tam antiquiores, quam recentiores, quod omnibus & singulis speciebus iuris retrahendi, sive primam eius infantiam, sive ætatem mediam, sive hodiernam spectaveris faciem, de regula in rebus tantum immobilibus locus esse debeat. Nec est, quod mireris. Ca-  
rue-

6) l. c. p. 74.

7) vid. ill. DREYER in Tr. de usu iuris anglo saxon. in explicando iure cimbrico p. 12. sq. & 110. *perill.* A PVENDORFF Tom. I. Obf. 133. §. 1. Tom. II. Obf. 4. §. 2. BVDER s. Respond. GNÜGE l. c.

8) vid. ill. de SELCHOW *iuristische Bibliothek*, 2. B. p. 598.





ruerunt majores nostri in simplicissima vivendi ratione lauta supellestili rebusque pretiosis, neque præter arma & pecora habebant, nisi quas summa poposcerat necessitas res mobiles, exigui pretii, quibus in currum positis facile migrabant, qua qua patebat orbis. 9) Iudicarunt ejusmodi rerum, excidio tantum non quotidie obnoxiarum possessionem minus idoneam, ad familiarum conservationem, qua tamen nihil prius, antiquius nihil ipsis fuisse novimus. Neque ideo earundem alienationem istis circumscripterunt limitibus, quibus alienationem rerum immobilium, quæ respectu ad rempublicam singulasque familias habito maximi erat momenti, circumscriptam fuisse & adhuc esse, constat. 10)

## IV.

9) Testis est præter TACITVM in libro de moribus german. & CÆSAREM de bello gallico STRABO Lib. VII. geogr. germ.

10) Ill. de SELCHOW in elementis iur. german. privati §. 551.

ibique citati scriptores. IUS PROVINC. SAXONICVM Lib. I. Art. 52.

Ohne der Erben Laub und ohne Gericht mag kein Mann sein eigen Gut vergeben. Alle fahrende Haab aber gibt der Mann wohl ohne Laub der Erben. IUS PROVINC. ALEMANNICVM edit.

HIERONYMI V. DER LAHR in corpore iuris germ. Senkenb. T. II. pag. 365. Geit einer sein Eigen wieder seiner Erben Wit-

len hin und ohne des Voigts Ding, sie sollen vor den Richter

Fahren



## IV.

Quum igitur inter has restrictiones referenda quoque sit facultas retrahendi, 11) facile inde quilibet intelliget, qua ex ratione principium istud, quod retractus, sive gentilitium sive territorialem, sive alium quemcunque supponas, non in mobilibus vel pretiosissimis, sed in immobilibus rebus tantum locum habeat de regula, hæserit plurimis iuribus Germaniæ provincialibus & statutariis, in retractuum speciebus, eorumque determinationibus ceteroquin mirum in modum dissentientibus. Ita, si quorundam verba apponere licet, disponit ORDINATIO PROV. NASSOVICA de A. 1711. *Wir setzen, das der nähere Kauff nicht in beweglichen, sondern allein in liegenden und unbeweglichen Erbgütern, oder so dafür geachtet werden — — statt haben und vergönnet werden solle.* &c. 12) IVS PROVINC. HOHENLOICVM de Anno 1738. *das in Ansehung der fahrenden Haab und beweglichen Gütern keine Auslosung gelte.* 13)

IVS  
fahren und sollen es versprechen, und der Richter soll es da antwortten denen Erben. — Ut alia loca taceam. LVDEWIG different. iuris rom. & germ. in donat. pag. 95. seq. 100.

- 11) IOH. FRID. PLÜMKE in Diss. de retractu nec jure civili nec canonico, nec feudali Longobard. nec denique iure recentiori introducto. Cap. 2. §. 17. Marb. 1750. WALCH. l. c. p. 90.  
12) Cap. 5. §. 2. p. 19.  
13) Tit. 5. §. 15. p. 76.

IVS PROV. STIRIACVM „Es haben aber die gesippte Freunde dieses  
 Innstands- Recht nicht in fahrenden, besondern nur in liegenden  
 Stamm-Gütern. 14) ORDINATIO PROV. HASSIACA „Wir setzen, das  
 der Näberkauff nicht in beweglichen, sondern allein in liegenden  
 Gütern oder die denselben gleich geachtet, statt haben solle. 15)  
 ORDO IVDICIALIS TREVIRENSIS de anno 1539. Wenn bewegliche  
 Güter eines grossen ansehnlichen Werths in merklicher Anzahl zum  
 fürdersten und aber dazu etliche geringschätzige unbewegliche Güter  
 verkaufft werden, so mag der Nechst die unbewegliche geringen  
 Werths nit abtreiben. 16) ORDINATIO PROVINC. PALATINA de  
 anno 1700. rubro: wie es mit den verkaufften liegenden Gütern,  
 der Losung und Abtriebs halben gehalten werden soll. IVS PRO-  
 VINCIALE SOLMENSE „Nachdeme der Abtrieb der verkaufften  
 liegenden Gütern &c. 17) IVS STATVTARIVM SVEVOVRTENSE

denen

- 14) §. 50. des Berg-Recht-Büchleins citato a Io. GOTTL. HERLIN, in  
 Diss. de distinctione rerum in res mobiles & immobiles th. 20.  
 15) apud HENR. ANTONIVM GEISIVM im teutschen Corpore  
 Iuris p. 498.  
 16) apud ABRAHAMVM SAVRIUM in fasciculo iudiciarii ordinis  
 singulari P. 1. pag. 86. sub Titulo. In welchen Dingen, so  
 verkauft werden, der Abtrieb nicht statt hat. In mente itaque habuit.  
 se videtur regulam legislator, quod res mobiles non retrahantur.  
 17) Part. 2. Titt. 12. fol. 8<sup>r</sup> b.

B



denen nächsten Gesippten — solle das Einstands-Recht, bevorab in denen unbeweglichen Gütern gestattet werden. 18) CODEX MAXIMIL. BAVARICVS CIVILIS „der Einstand hat nur in liegenden Gütern statt. 19) ORDO PROVINCIAL. REFORM. TYROLENSIS de anno 1603. Lösung, so die nächsten Erben und Freund haben: ibi: so ein liegend Gut — — Grund-Güter &c. 20) STATUTA MÜHLHVSANA. de a. 1692. Erbgut, darauf diese Statute (vom Näberkauff) gezogen und gedeutet werden, sind Haus, Hof, Gärten, Aecker, Wiesen, Holzstede, Teiche, Weinberge und alle andere liegende Gründe. 21) IVS LINDAVIENSE „Ob es zwar mit denen rebus mobilibus eine gleiche Bewandhuß hat, das nemlich das Ius retractus nicht statt noch Platz haben solle. 22) IVS IVBECENSE, Frey Erbgüter oder liegende Gründe. 23) STATUTA FRANKENHVSANA de anno 1558. Welcher — sein unbeweglich liegend Gut verkauffen will, der soll — seinem Nehesten — den Kauff — anbieten. 24) & SAALFELDENSIA de eod. anno

18) Sect. I. Tit. 8. §. 2.

19) p. 4. Cap. 5. §. 8.

20) Lib. V. Tit. 8.

21) Lib. 3. Art. 14.

22) Ordinatio von dem Anstands-Zug oder Näher-Recht. §. 28.

23) L. 3. Art. 1, ibique MEVIVS n. 5. seq.

24) Art. 24. cui Titulus in welchen Gütern der Neherkauf statt habe.



anno hodiernum adhuc vim legis habentia, der Verkäufer soll schuldig seyn, das Haus oder Stück Erbes, so er zu verkaufen Willens, dem nächstverwandten Blutsfreunde, oder wem sonst der Verkauf daran zustebet, am ersten anzubieten &c. 25) IVS BOHEMICVM ET MORAVICVM „dass sie (die Blutsfreunde) wann andern Fremden die Gründe, so von ihren Ur-Eltern herkommen, verkauft werden, in den Kauff getretten. 26) IVS STATUTARIVM BERNENSE (si leges helveticas germanicis addere fas est.) „Dass zur fahrenden Haab, so die verkauft, kein Freund noch Verwandter den Zug haben möge. 27) & LVCERNENSE, „Dass Zugrecht und Einstand in der Fahrnuß keinen Platz habe. 28) Denique IVS PROV. WÜRTEMBERGICVM, antiquum & novum, mores patrios caste tuens: „Insonderheit aber sollen die bisher gewehrte (gewährte) Mißbräuche in Auslohnungen der verkauften fahrenden Haab abgeschafft, und diß Oris die Handbierungen frey gelassen werden. 29)

V.

habe. apud WALCHIVM in den vermischten Beyträgen zu dem deutschen Recht T. I. p. 272.

25) Art. 24. von kaufen und verkaufen. apud. Cel. WALCH. l.c. p. 180.

26) Stadt-Recht vom Königreich Böhmen und Mähren de a. 1720. p. 355.

27) p. I. T. 8. leg. 4.

28) Tit. 39. §. 24.

29) P. II. T. 16.



V. Dum vero res mobiles a retractu excludunt leges, & huius iuris obiectum non nisi immobiles esse volunt, nemo non videbit, non naturaliter tales tantum, sed & eas, quæ iuris fictione & civiliter dicuntur immobiles, sub hisce comprehendendi 30), adeoque regulæ non obstare, quando sapissime res mobiles, immobilium accessorias, iisque aut cohærentes aut perpetui usus gratia destinatas, cum principali prædio vel rustico vel urbano retrahi videamus: æquiparantur scilicet ejusmodi res immobilibus quoad effectus iuridicos. Quis quæso dubitat, diverforio vendito lectos eidem perpetui usus gratia destinatos, ædibus venditis tegulas iam impositas, fenestras & id genus alias res simul venditas, retrahi posse? 31) Retrahuntur ita, instrumenta cum domo coquinaria: retrahuntur una cum ædibus vel prædio vasa & instrumenta officina-

30) Ius prov. Württ. de An. 1554. p. 169. de An. 1585. p. 209. & hodiernum P. 2. Tit. 13. §. I. über die in unsern Gebieten liegende Güter oder, die unterm Namen liegender Güter begriffen und verstanden werden mögen. Ord. Prov. Hassiaca loco cit. oder die denselben gleich geachtet.

31) In Hassiaca præfectura Breidenbacensi secundum paroemiam ibi receptam: Was die Fackel verzehrt, ist Fahrnis: præter alias res, mobilibus etiam accensentur ædes. Cl. MOGEN, de indole rerum mobilium & immobilium secundum principia iuris Germ. §. 2. seq. neque ideo, uti opinor, ibi retrahuntur ædes.

narum 32), pharmacopolorum, dum modo per privilegium  
 ædibus vel prædio hæ sint annexæ: retrahuntur cum fundo  
 etiam fructus, plantæ, falices, &c. nondum separati, 33)  
 & cum prædio rustico instrumenta ad id spectantia.  
 Ex eadem analogia deciditur quæstio, de molendinis pnevma-  
 ticis & navalibus, num scilicet retractui sint obnoxia? de  
 quibus iureconsultorum non una est sententia. Equidem  
 nullus dubito, molendina pnevmatica, terræ infixæ, & ad certum  
 locum destinata æque ac molendina aquaria rebus soli annu-  
 merari 34) & ceteris paribus retrahi posse. Idem de  
 molendinis navalibus in istis territoriis, in quibus eorum  
 extructio a concessione vel principis solius vel huius & ci-  
 vium simul pendet, atque ad certum locum restringitur,  
 dicendum est. 35) Sigillatim res mobilis accessorie in feudum  
 data

32) LEISER Spec. 26. medit. 5. recenset casum, quo instrumenta  
 einer *Hammer Schmidte* una cum officina retractui iudicabantur  
 obnoxia.

33) Non vero retrahuntur fructus *separatim venditi*, quam-  
 vis nondum separati, quia brevi sperantur separari, & ta-  
 cita subest conditio, si per capturam aut cætionem facti  
 fuerint *mobiles*. TIRAQUELL de retractu. Glossa 7. n. 43. 44.

34) FINKELTHAVS Observ. 36. n. 20. MOGEN de indole rerum  
 mobil. & immobil. secundum principia iuris romani p. 7. PVFEN-  
 DORFF. Tom. 3. Obs. 40. §. 3. PLÜMKE l. c. Cap. 2. §. 20.

35) MOGEN l. c. p. 10.



data iuris intellectu est immobilis & retractui obnoxia feudali. Quando res immobilis cum mobili simul venit in contractum, una retrahuntur, si partes convenerunt *dass es ein unzertheilter Kauf seyn solle*: 36) retrahuntur etiam, si res mobilis est accessoria rei immobilis. 37) Quotiescunque vero utraque tanquam merx principalis in contractum venit, toties retrahuntur solæ res immobiles. 38)

## VI.

Quæ in antecedentibus a me propugnata est regula, non nisi in bonis *immobilibus* admitti retractum, suas tamen habet exceptiones, quæ totidem *retractus* ratione obiecti *irregularis*, 39) specimina constituunt, quorum du-

36) CODEx MAXIMIL. BAVAR. CIVIL. p. 4. Cap. 5. §. 8.

37) Facile igitur decidi potest quæstio, de hereditate universim vendita: Interest scilicet, utrum partes inierint *einen unzertheilten Kauf*, an mobilis sit accessoria rei immobili, an utraque sit principalis: quod contra TIRAQUELLVM dictum sit, gl. 7. n. 8b. Adde quoad Ducatum Wurtembergicum, *rescriptum generale* dd. 28. Sept. 1740. *vom sammethafften Kauf*.

38) Retraçtus subfelliorum templi, qui Lindaviæ obtinet *nach der erneurten Kirchenstuls-Ordnung* pag. 9. magis ad retractum iuris, quam rei mihi videtur accedere.

39) FROMMANN l. c. §. 8. SCHOEFF. l. c. cap. I. §. 4.



duplex est indoles. Alia ubique locorum in germania obtinent, alia ita comparata sunt, ut in huius tantum vel istius territorii iure *particulari* fundata, adeoque ad exemplum alibi trahenda non sint.

### VII.

Ad priorem speciem referri potest solus *retractus conventionalis* & *testamentarius*. Etenim, quum in retractu conventionali ad arbitrium omnia accommodare, & ab ordinaria natura retractus quoad tempus aliaque solemnia recedere partibus liceat: non video, quid obstat, quo minus id etiam circa obiectum fieri, atque a paciscentibus ius retractus in re mobili constitui possit. 40) Idem de retractu dicendum est testamentario. Cum scilicet testatori sit relictum, utrum suprema voluntate in bonis suis retractum velit constituere an non? libere in re mobili obiectum designare eidem licebit: Nisi vero contrahentes vel testator expressis usi sint verbis, regula, cujus exceptio est jus retrahendi res mobiles, semper redibit, quia in dubio indoli retractus ordinariæ sese conformasse censentur.

### VIII.

Exempla in iuribus Germaniæ particularibus occurrentia tantum non omnia iis innituntur politiæ principiis, secundum quæ princeps exportationi vel rerum ad victum atque

40) SCHOEFFF. l. c. §. 4.



atque amictum pertinentium, ne earundum inopia & caritate affligantur cives, vel quia reipublicæ expedit, ut nonnulli eiusdem proventus demum fabricati vendantur exteris, iure supremæ, quo pollet, politiæ modum præscribit. 41) Iure scilicet, retrahendi res, extraneis venditas, subditis concessio, restringit neque tamen penitus prohibet alienationem earundem extra territorium, benigniori sane modo, ac si alienationem ipsam sub pœna publicationis vetaret. Differentiæ, quæ inter hanc prohibitionem & retractum intercedit, probe memor, mittam innumera alienationis hic illic ex eadem ratione prohibitæ exempla, specimina tantum iuris retractus vere talis, commemoraturus.

## IX.

Præter I. HASSIAM, de qua REINKINGIVS 42) testatur, quod in quibusdam eius præfecturis iumenta retrahi queant, & II. præter terras BRANDENBURGICO-CVLMBACENSES, de quibus WALCHIVS, quod ibidem res quoque mobiles objectum iuris retractus ex communione

41) Ill. GEORG. HENR. AYRER in *Diff. S. R. I. princeps potestatem circa commercia & civium studia rite adornans* §. 14. pag. 57. IOH. HENR. LUDOV. BERGIVS, *Polizey und Cameral-Magazin: Artic. Aus- und Einfuhr der Waaren: & Art. Lebens-Mittel.*

42) In *Diff. de Retractis* Quæst. 2. n. 123.

ne oriundi, sint, peculiarem allegavit constitutionem,  
 43) notatu digna mihi videtur III. STATVTORVM  
 DINKELSPÜLANORVM sanctio: 44) „weil fünftens von  
 unfürdenklichen labren bero in der Stadt und auf dem Land all-  
 hier gebräuchlich gewesen, das sowohl Bürger als Unterthanen die  
 Ausländische, wenn selbige Vieh, Wollen, Frucht und dergleichen  
 fahrende Haabe gekaufft, ausgelöset haben: so soll, weil zumalen  
 die benachbarte es auch also gegen die unsrige halten, es sein un-  
 geändertes Verbleiben dabey haben: ex qua colligi  
 potest, in vicinia huius ipsius civitatis imperialis earundem  
 rerum retractum haud esse incognitum. Exceptio a regula  
 singularis IV. est, quam IVS PROVINCIALE HOHENLOI-  
 CVM 45) his admittit verbis: „es wäre dann, das an einem  
 oder andern Ort ein anderes durch die Polizey eingeführt, oder  
 durch ein Privilegium erhalten worden wäre, wie dann auch ein  
 solches nicht auf die Herrschafft in Ansehung der Victualien und  
 anderer bey der Hofhaltung unentbehrlicher Dinge zu verstehen,  
 als welcher, wie bishero, selbige angeboten, oder vor den Preis,  
 den ein anderer gemacht, überlassen werden sollen. Insigne  
 porro retractus rerum mobilium specimen extat V. in OR-  
 DINA-

43) l. c. p. 132.

44) de Ao. 1738. Tit. 6. §. 9. p. 49. iungenda cum Ordinatione  
 Politica ejusdem Civitatis Ao. 1733. Tit. 10. §. 4. p. 27.

45) de Ao. 1738. p. 3. Tit. 5. §. 15. p. 76.



DINATIONE LINDAVIENSI 46) *cujus verba hæc sunt: und ob es zwar mit denen rebus mobilibus gleiche Beschaffenheit hat: so wird jedannoch aber bey Verkaufung und Verhandlung der Weine, Früchten, Hölzer, Bretter, Pferd, Vieh, Schmalz, Heu, Stroh, Tung, und andern dergleichen consumtibilien und Materialien einem jeden Burger und Untertbanen, wenn dergleichen Sachen extra territorium an Fremde und Auswärtige verkaufft werden, das Zug- oder Näher-Recht, so lang bis die verkauffte Waare abgeführt wird, gestattet, sonst aber nicht. Neque minus notari meretur VI. IVRIS TYROLENSIS 47) dispositio. Ibi: soll den Mezgern bey Statten und Gerichten unwehrt seyn, ihr rauch Leder auf den Stich zu versetzen und zu verkauffen: doch sollen diejenige, so also den Kauff auf den Stich von den Mezgern haben, ebe sie das Leder auf Bozner oder andre Markt verführen; ihr Leder, es sey rauch, gewürkts und ungewürkts, bey Statten ainem Burgermeister, und bey Märkten oder Gericht ainem Richter anzaigen und seben lassen, wie viel def-*

46) *Satz und Ordnung von dem Anstand-Zug- oder Näher-Recht §. 28: de qua conferri meretur Ill. IOH. ANDR. HOFEMANN, sive potius IACOBI FELSII Diss. de retractu præcipue secundum statuta S. R. I. liberæ civitatis Lindaviensis. §. 4.*

47) *Neu reformirte Lands-Ordnung der Fürstlichen Graffschafft Tyrol de ao. 1603. fol. 93.*



desselben, die sollen alsdann den — Handwercken, die mit Leder arbeiten, solches anzeigen lassen, und so sie ainichs nothduftig, das soll ihnen so viel sie bedürfftig, umb das Geld, wie das von den Mezgern erkaufft. — mitgetheilt —. Circa tigna

Ædibus ædificandis & reficiendis apta singulare Iuris retractus (specimen continet VII. peculiaris Constitutio HAMBURGENSIS d. V. Iunii 1683. prima vice promulgata, d. IX. Iunii 1702. & d. IV. Iunii 1745. repetita,

48) cuius verba notatu dignissima hæc sunt: Nachdem E. E. Rath unterschiedliche Klagen vorgekommen, welche gestalten die zum Bau notwendige Materialien, als Eichen und Föhren-Holz, Diebelen, Latten, Kalk, Tarrast, Maurstein, Asters, Klinkers, Dachstein &c. vor der Stadt von einigen eigennütigen Leuten aufgekauft. — Vorböckerey damit getrieben, dadurch denn dergleichen Materialien gesteigert und verteuert werden: — Als thut ein Edler Rath hiemit jedermänniglich ernstlich gebieten und vermahnern, das sich niemand unterstehen solle, einige obspecificirter Materialien ausser dieser Stadt aufzukauffen und nach seinem eigenen Belieben wieder zu verkauffen, son-

48) vid. Erneurtes Mandat vom 9. Jan. 1702. das niemand Baumaterialien auswärtig aufkauffen, und der Bauhof der Nächste zu deren Kauf seyn solle. d. d. 4. Iunii 1745. quod extat in der Sammlung Hamburgischer Mandaten Tom. 3. nov. 707. p. 1506. Hamburg 1764.



sondern denen Ausländischen selbstn ihre Baumaterialien allhier in die Stadt bringen, und für einen billigen Preis verhandlen und feilbieten zu lassen, iedoch das dieselbe davon keinem ehe was verkaufen, bis sie es, nemlich Holzwaaren 3. Tag und die übrige Materialien 24. Stunden vorher hiesigem Baubof angemeldet — — massen derselbe allemal der Nächste zum Kauf seyn, und so etwa ein Preis von einem oder dem andern schon gemacht wäre, in denselben zu treten, macht haben solle — Exemplis hifce quoque adscribenda est VIII. sanctio ORDINAT. POLITICÆ SVEVOFVRTENSIS, 49) vi cuius, teste SCHOEPPFIO sive potius SEGNIZIO 50, peregrini frumenta urbi illata, nec non cives, eadem extraneis vendere volentes, magistratui, pistoribus aliisque civibus prius offerre tenentur, hac oblatione vero omiffa, magistratui omnibusque civibus, eadem ab extraneis emtoribus retrahendi facultas competit. Alia IX. in IVRE STATVTARIO SVEVOFVRTENSI 51) extat dispositio, secundum quam res pretiosæ minorum ac pupillorum, autoritate magistratus venditæ a consanguineis proximis termino ibidem retractus ordinatio,

49) Schweinfurtische Polizey-Ordnung Tit. 14. §. 3.

50) in Decade Quaest. circa Materiam retractus. Quaest. 8. p. 32.

51) Sect. I. Tit. 8. §. 4. SCHOEPPF. loc. cit. Quaest. 6. pag 27.

nario, intra duos scilicet menses ratione initii utiles 52), retrahi possunt. Ita enim statutum cavet: „Mit denen pretiosis hat es eine gleiche Bewandnuß, daß solche one unser Vorwissen — nicht verkaufft — werden sollen: Daferne aber die Alienation würde vor räthlich erachtet werden —, solle solche quanti plurimi oder wie es zum besten und höchsten hinauszubringen geschehen, auch darinn der nächsten Bluts-Freundschaft der Vorzug gelassen — werden. Dubitari quidem posset, utrum heic sub vocabulo Vorzug retractus an potius protimiseos ius intelligendum sit? Equidem retractum in mente habuisse legislatores arbitror ex hac præcipue ratione, quia paragrafo antecedente, ad quam verbis eine gleiche Bewandnuß se refert subsequens iste passus, nonnisi de retractu consanguinitatis vere tali agitur. Leges denique X. LVCERNENSES 53) civibus atque incolis ius frænum & stramentum extraneis venditum retrahendi his concedunt verbis: „daß das Zugrecht und Einstand in der Fabrnuß keinen Platz habe, mit fernerer Erläuterung, daß Heimbsche gegen Heimbschen um Heu, Strauw, und Sträuwi keine Zügig haben sollen, es sey dann, daß solch Heu, Strauw &c. aus einem Zwing oder Amt abgeführt würde, gegen äussere aber und Landsfremde bleibe,

52) loc. cit §. 3.

53) Lit. 39. §. 24, apud LEVIUM Tom. 3. p. 559.



bleibe die Zügi denen Imbeimbschen gestattet. En, benevole Lector, ea, quæ, jura particularia haud pauca mihi perlustranti, invenire licuit exempla iuris retrahendi res mobiles. Tacui data opera eam, ubique fere obtinentem municipum prerogativam, ut gaudeant iure quodam protimiseos, & exteri emere non possint frumenta aliasque res ad victum pertinentes, antequam certa audita fuerit hora, aut quamdiu certum signum ex curia conspicitur: 54) Tacui quoque alia similia. Neque id mihi quispiam vitio vertet, cum ista retractum genuinum non constituant, quippe qui semper requirit facultatem res iam venditas soluto eodem pretio revocandi.

## X.

In Ducatu Wurtembergico, cuius leges provinciales in mobilibus retractum exulare alias pro regula tenent, 55) plura tamen huius retractus irregularis rerum mobilium, exempla extant, partim in iure & ordinatione provinciali, partim in recentioribus Edictis fundata. Inter ista Imo loco referre licebit passum iuris provincialis de bonis hereditariis restitutioni obnoxiiis 56) *von hinterfülligen Gütern*, ubi ita Legis-

54) HEINECCIUS *Elem. Iur. Germ. Lib. I. Tit. V. §. 117.*

55) vid. supra §. 4. p. 11.

56) ita BESOLD. & PLEBST. in *Diss. ad Ius Prov. Wurt. & BOGEL. in Diss. de retractu*, Latino idiomate exprimunt: *hinterfüllig.*



gislator 57) „dem überbliebenen Ehegemächt soll aber frey stehen, die hinterfällige Fabrnus alsobald von sich zu geben, — oder — zu verkaufen: doch so dieienige, denen sie zum Hinterfall gehörig, diese Fabrnus in solchem Kauffschilling inner 14. Tagen nach beschebenem und ihnen eröfneten Kauf lösen — wollten, soll es ihnen zugelassen seyn.

Non extat hæc dispositio in Iure provinciali ao. 1554. promulgato, sed prima vice in Codice de ad 1567. legitur, cuius verba Ius hodiernum fere repetiit. Si rubrum huius ipsius tituli: *wie ein Ehegemächt, so keine Kinder hinterlassen zu erben, consideremus, prono inde alveo fluere videtur, intelligendum esse hoc ius retractus de istis tantum bonis mobilibus, quæ fratribus uno latere iunctis, vel germanorum liberis proprio iure & solis succedentibus, vel ulterioris gradus hæredibus ex hæreditate coniugis sine prole defuncti, quoad proprietatem tantum, salvo superstiti coniugi iure ususfructus 58) obvenerunt.* Utrum igitur etiam *liberis* competat ius retrahendi bona mobilia vel paterna vel materna a parente superstite usufructuario vendita annon? in disceptatione adhuc versari videtur, tum ob rubrum Tituli istius, tum ob odium retractus, tum quia titulus IX. partis IV. qui inscriptus est; *Wie es mit denienigen Haab und Gütern,*

57) IVS PROV. WVRT. Parte IV. Tit. 5. s. ult.

58) Soli germani, vel conjuge præmortui superstite, hæreditatem cupiunt *mit Nutzen und Eigenthum.*



so nach getrennter Ehe denen Kindern zufallen, gehalten werden solle, in quo huius quos retractus mentio fieri debuisset, penitus tacet: Verum enim vero, quantacunque hæc sit dubitandi ratio, contraria tamen & affirmativa sententia mihi magis videtur fundata. Patet videlicet ex alio Iuris nostri provincialis loco 59) haud obscure, hanc esse legislatoris mentem, ut idem ius retractus liberis, intuitu rerum mobilium paternarum aut maternarum in alterutrius parentis usufructu constitutarum atque alienatarum competat. Hisce enim verbis in generali titulo de retractu ad istum passum se refert: *Betreffend die hinterfällige Fabrnus, welche in Erbtheilungen, (die nach Zertrennung der Ehe zwischen dem überlebenden Ehegemächt und des Abgelebten hinterlassnen Kindern oder andern Erben beschehen) verkauft werden, davon wird im vierdten Thail dieses unsers Landrechts fol. 445. 60) Verordnung geschehen.* Dum itaque Legislator recensendo exempla retractus rerum mobilium, ad exemplum nostrum von der hinterfälligen Fabrnus & speciatim ad passum, de quo nobis quaestio est, verbis, de casu bonorum mobilium paternorum vel maternorum specificè conceptis, provocat: mentem suam quod scilicet hæc quoque bona retractus istius ob-

59) Parte 2. Tit. 16. §. betreffend Etc.

60) Sunt verba sub initium §phi posita.

obiectum esse voluerit, satis distincte explicasse videtur. 61) In reliquis vero casibus, in quibus ususfructus & proprietatis ius vel ex legis præscripto, vel ex hominis dispositione sunt divisa, retractum, contra quem in dubio militat præsumtio, admittere nollem. Alia quæstio est, quinam inter plures rerum hereditiarum, restitutioni obnoxiarum proprietarios nudos, si res ab usufructuario vendantur, alteri in retractu sit præferendus? Si in divisione hereditatis unicuique heredum certæ species assignatæ sunt, res dubio caret: quilibet nempe id, quod in instrumento divisionis, *im Thailzettul*, ipsi assignatum est, retrahit: si vero duobus vel pluribus eiusmodi res, quæ divisionem recipiunt, assignatæ fuerint pro parte adhuc indivisa v. gr. *einem jeden der dritte Theil von dem Weinvoorrath*, & vendatur deinceps vinum? Respondeo: singuli partem vini venditi retrahent tertiam. Re autem pluribus assignata, quæ divisionem non recipit, uti annulus, deinceps vendita, forte determinandus erit retrahens. Singulare, quod huic retractui legislator præscripsit fatale quatuordecim dierum, est utile ratione initii, adeoque a die demum scientiæ currit. Noli tamen hoc ita intelligere, quasi hoc ius retractus semper obtineret, quandocunque eius-

61) consentit FERD. CHRIST. HARPPRECHT in *Diss. de usufructus materni effectibus lucrosi* §. 14. n. 148.

D



modi res mobiles alienaverit usufructuarius. Locum enim non invenit, si post temporis demum haud breve interval- lum usufructuarius easdem vendiderit, ob verba: *dem über- bliebenen Ehegemächt soll aber frey stehen die hinterfällige Fabr- nufs alsobald von sich zu geben — oder — zu verkauffen &c.* per quam particulam *alsobald* æqualiter determinatur *das — von sich geben und das — verkauffen*: ratio huius dispositionis absque dubio hæc est: ne in usufructuarii potestate sit, pro- prietarios, rerum mobilium pretiis, vel ob usum, vel ani- malibus quibusdam morte sublati, vel elapso aliquot anno- rum aut mensium spacio, minutis, nunc demum ad mino- rem, quam inventario inserta fuit, adigere æstimationem: Quod damnum per traditionem vel venditionem illico fa- ctam, potuisset evitari. 62) Huic decisioni non obstant ver- ba finalia eiusdem paragraphi: *und so oft dergleichen fab- rende Stück verkaufft und verändert werden, soll allwegen den Erben, welchen sie hinterfällig seyen, des erlösten Gelds halben- Versicherung — beschehen*, ex antecedentibus ita explicanda, ut semper supponantur termini alienationis habiles.

## XI.

Hæc loco nominandus est *retractus pellium*. Non solum scilicet antiquior ordo provincialis *Würtemb.* de anno 1552.

62) HARPPRECHT. loc. cit. §. 15.

1552. 63) sed & iste, qui vim legis habet hodie, anno 1567. promulgatus 64) volunt, ut opifices Württembergici, qui ad officium exercendum opus habent pellibus, quotiescunque extraneus in nundinis post horam XII. 65) pelles 66) sibi comparaverit, partem 67) harum retrahere possint. Hæc dispositio Edicto d. d. 31. August. 1737. expresse confirmata, & per aliud d. d. 5. Martii 1757. hæc verbis repetita est: *Es ist zwar in unsrer Lands-Ordnung versehen, in welcher Maas der Verkauf des in unsern Landen erzeugenden rohen und gegerbten Leders ausser Lands zu gestatten. Nachdem aber viele unsrer Untertanen, besonders Roth- und Weis-Gerber, auch Schumacher sich beschwehrt, dass der Verkauf der — Felle also getrieben werde, dass sie die nöthige Provision zu Treibung ihres Handwerks nicht aufbringen könnten: Als sehen wir uns veranlasst, euch obige Verordnung in Anerkennung zu bringen. Inter opifices hic servandus est ordo, ut ii, qui* in

63) fol. 16.

64) Lands-Ordnung Tit. 59. §. 3 — 5.

65) ante hanc horum extraneis emere plane prohibitum est.

66) quod in Textu legitur: *minder oder mehr dann fünfzig*: fortassis ad morem quendam antiquum, vi cuius ad certum numerum restringebatur emtio, se refert.

67) quod ad partem retrahendum attinet, tenenda est regula:

D 2 plus



in foro contractus domicilium habent 68), reliquis præferantur 69). De tempore nullibi quicquam extat: mihi tamdiu retractum admittendum esse videtur, quamdiu merx intra territorium adhuc est. Alias, quam ad cuiuslibet opificium exercendum præscriptæ sunt pelles, retrahendi facultas non datur: exuviis ergo caninis & equinis, quæ posteriores ephippiariis sunt relictæ, abstineant coriarii: Alutariis manent pelles ovillæ, & sic porro. 70) Quæ de tempore & ordine fervando dixi, de sequentibus quoque casibus, si cetera non sint disparia vel non expressim aliter præcepta, di-

plus quam ad opificium exercendum cuique opus est, neque emi neque retrahi potest, quod ex pluribus locis ordinationum opificiarum, variisque Rescriptis Ducalibus facillimo, siquidem opus esset, probari posset negotio.

68) idque ob verba Art. 14. der Rothgerber - Ordnung: denen ausländischen Rothgerbern solle kein Zoll- oder Accis- Zeichen ausgegeben werden, es habe sich dann die Meisterschaft in loco Contractus mündlich oder schriftlich ihrer Auslösung verziehen. Handwerks - Ordnungen pag. 764.

69) Davon ein Einwohner unsers Herzogthums Thail beehrte — die Gerber unsers Herzogthums. Lands - Ordnung loc. cit.

70) Edictum de d. 3. April 1682. quod continetur in dem Hochstet-ter. Extraß. de anno 1735. pag. 203. Rothgerber - Ordnung Art. 24. in denen Handwerks - Ordnungen pag. 770. Weisgerber - Ordnung. pag. 26. 27.

dicta sunt. III. Casus est *retractus Lanæ*. Ex mente ordinis provincialis Würtemb. 71) post horam XII. demum in nundinis lanam emere licet extraneis, ita tamen, ut primo pannificibus, *denen Tuchern*, deinde cuilibet huius Ducatus incolæ, ius, quadrantem 72) mercis retrahendi, sit concessum, quæ dispositio per Rescriptum novius, 73) eo extensa est, *dass anstatt in der Lands-Ordnung* 74) *denen Wollen-Arbeitern zuerst und hernach jedem Bürger und Einwohner dieses Herzogthums die Nachmittags um 12. Ubr verkauffte Wollen der vierte Thail auszulösen vergönnt, das Quantum der Auslösung auf die Helffte gesetzt seyn solle*: sunt verba Rescripti. IV. *Retractui* quoque sunt obnoxia frumentum & vinum, ab administratoribus reddituum ad Cameram Ducalem utramque spectantium vendita. Ita enim legislator in peculiari Edicto 75): *Es sollen*

71) Tit. 64.

72) Secundum ord. Prov. antiq. de Anno 1552. quarta pars non erat determinata, sed in genere partem lanæ retrahere licebat.

73) d. d. 3. Maii 1740. in dem Hochstetter. *Extract. de a. 1743.* pag. 90.

74) Loc. cit. §. 6.

75) Hochstetters *Extract* de anno 1735. pag. 55. & 56. ibique allegata Edicta.



*Len die Beamten, Kassenknecht und Küffer — wo sie auf herrschaftlichen Befehl Früchten, Wein und dergleichen zu verkauffen haben, solches vorderist der Burgerschaft des Orts, wo sie liegen, in lauffendem Preis sail thun: nach beschehener Verruffung aber auch andern sowol in- als auſſer dem Amt solche um baare Bezahlung hingeben: und nach verfloſſnen 14. Tagen auch die Ausländer, jedoch mit Vorbehalt der Loſung für die Unterthanen zum Erkauff admittiren. Hunc tamen retractum in favorem ſubditorum Würtemb. introductum extraneos, v. gr. cives civitatum Imperialium, ubi quaestores Würtemb. frumenta vel vina ſubinde vendunt, exercere non poſſe, me etiam non monente, quilibet perſpiciet.*

## XII.

*Inter noviora exempla eminent V. ius retrahendi mustum, den neuen Wein variis edictis & novissime d. 23. Sept. 1751. hiſce verbis ſtabilitum: Es ſolle einem ieden geſtattet ſeyn, den von Fremden im Herbt erkauffenden Moſt auszulöſen und zwar in der Maas und Ordnung, daß unſern beeden Fürſt. Kammern, Kammerſchreiberey auch andern Herrſchaftl. Kellereyen der Vorzug und Vorloſung competirn, ſodann der Unterthan desjenigen Orts, wo der Wein verkauft worden, denen andern praeririt, in deren Ermanglung aber ein ieder unſrer Unterthanen ohne weitem Unterschied und Vorzug pari jure, jedoch alſo, daß wenn etliche zu unterschiednen Zeiten ſich anmelden, derjenige, ſo ſich zuerſt gemeldet, oder wenn  
ſie*





ſie zu gleicher Zeit ſich angemeldet, derjenige, welcher per ſortem  
es erlangt, zu der Loſung admittirt werden ſolle: — Deswegen ſol-  
le zu Verhütung ſimulirter Contracte kein Moſt von der Ladſtatt ge-  
führt werden, außer der Contract ſeye dem Ammann &c. angezeigt: —  
Denenjenigen, die auf Rechnung leihen, ſolle verboten ſeyn, über die  
Rechnung etliche Gulden zu geben, welches auch der Löſer nicht zu  
praestiren. 76) — *Cuinam iſtorum Corporum, der Herzog-  
lichen Rentkammer, Kirchenrath, oder Kammerſchreiberey  
competat praerogativa in retrahendo, memini in diſcepta-  
tionem vocatum eſſe? Dicam quid ſentiam. Neutri praerogativam  
conceſſiſſe, ſed omnes aequaliter admiſiſſe videtur  
Legiſlator: Ergo praeventioni locus dabitur, uti alias in  
retractu obtinet. De iis, qui aedes & fundos in Ducatu  
quidem ſitas, ſed domicilium non habent; vel qui domici-  
lium habent, ſed neque civium numero adſcripti, neque mu-  
neris publici cauſa civicis exornati ſunt beneficiis, ulterius  
ſanxit legiſlator: daß ſie mehr nicht, als neßt ibren etwa haben-  
den Weingefallen, das zu ihrer Oeconomie benöthigte in dem Land  
einzulegen beſugt: In tantum igitur ius retractus adverſus eos  
nequit exerceri. VI. In favorem hominum oleariorum  
in Ducatu noſtro non ſolum propolium feminis lini ſerio pro-  
hibitum, ſed &, ſi extraneus non mediocrem iſtius ſibi heic  
terrarum comparaverit quantitatem, ſubditis quibusvis ius re-  
tra-*

76) In extractu reſcriptorum GERSTÄCHERIANO Tom. I. p. 181.





*trabendi concessum in peculiari edicto d. d. 20. Oct. 1752. 77)*  
 ubi: „demnach die Inhaber der Oelmühlen sich über den im Schwang  
 gehenden Auf- und Fürkauff des Leinsaamens von inn- und ausländi-  
 schen Personen beschwehret, und nun dergleichen schädlicher Vor- und  
 Aufkauff — — vorhin ernstlich und bey Strafe der Confisca-  
 tion verboten: Als haben nicht nur die Beamten in dem Lande  
 hierauf ein wachsames Auge zu haben, und falls sich einer inn- oder  
 auffer Landes über sothanen schädlichen Vor- und Aufkauff betreten  
 lassen würde, solchen alsgleich nebst der verwürkten Confiscation zur  
 gebührenden Strafe zu ziehen, sondern es solle auch denen Unterthanen,  
 daferne ein Ausländer ein grosses Quantum dergleichen Leinsaa-  
 mens an sich erkauffen wollte, die Auslofung gestattet werden. 78)

**Ex iisdem principiis fluxit VII. aliud edictum ducale dd. 17. Martii 1762. vi cuius lanionibus indigenis conceditur ius retrahendi boves faginosos, quos incolæ, iis non oblatos, extraneis vendiderunt, secundum verba: „Wir verordnen, daß, wenn unsre Unterthanen Mast-Ochsen zu verkauffen, sie solches vordrist denen Beamten anzaigen, damit dieser es denen Mezgern — kund machen könne: wie dann unsern inländischen Mezgern der**

*Vor-*

77) in collectione Gerflacheriana, Tomo I. p. 183.

78) olim ipsum linum & cannabis extraneis vendita retractui certo modo erat obnoxia Extractus Hochstetter. Tom. I. pag. 56. 57. 58. Hodie vero, cum extraneis lini & cannabis emtione per rescripta dd. 2. Maj. 1751. & 30. Octobr. 1755. penitus interdictum sit, retractus non amplius opus est.

Vorkauff und Auslöfung jedesmal bevor bleibt. 79) VIII. Charta quoque ad libros typis exprimendos destinata, objectum iuris retrahendi constituit: Ita enim legislator haud ita pridem 80) edixit: *Daß das Verschlaiffen und aller Verkauf des Druck- und Schreib-Papiers ausser Lands von dato an auf ein Jahr sub poena Confiscationis gänzlich verboten, nach dessen Verstuß aber die Pappierer noch so weit eingeschränkt — seyn sollen, daß sie von Druck-Pappier weiter nichts ausser Lands verkaufen dürfen, als was die Buchdrucker und Buchführer im Land, in eben dem Preis, wie es die Auswärtige bezalen, nicht auch vor sich übernehmen wollten, und also denen Unterthanen das Auslöfungs-Recht gegen Fremde vorbehalten seyn sollte.* Hæc sunt præcipua iuris retractus circa res mobiles specimina, quæ in dulcissimæ patriæ legibus prostant, quibus retractum nominis à creditore venditi, debitori competentem 81) adiungere ideo nolui, quia aliud est retrahere iura, sive res incorporales, aliud retrahere res mobiles & corporales. Hoc unicum addo, retractui rerum mobilium supra recensitarum non obstare, si for-

79) vid. hoc rescriptum, præcipue nr. 3. & 4.

80) vid. Edictum dd. 4. Maj. 1763.

81) vid. I. P. W. Part. 2. Tit. 16. *insonderheit* & qua ratione hoc ius statibus provincialibus & universitatibus (*den Communen*) quoque concessum sit, *Recessus provincialis* de A. 1652. nec non *Rescriptum ducale* dd. 3. Julii 1683. apud *Hochstetterum* Tom. I. p. 146. 69. & præcipue *Commun-Ordnung* p. 100. §. 6.




fortassis huius vel istius rei venditionem extra territorium, ad tempus sub pœna publicationis a legislatore subinde prohibitam noverimus: fateor, nullam de retractu esse quaestionem isto temporis spatio: sed quum hæ prohibitiones indigentia subditorum cessante iterum abrogentur, retractus ius, quo interea opus non fuit, denuo locum habebit.

## XIII.

Quatenus retractum rerum mobilium adversus extraneos in iure patrio introductum, intuitu civium & subditorum urbis imperialis vicinæ Eßlingæ, exulare voluerit Legislator, patet ex verbis Edicti: d. d. 22. Nov. 1764. „Wir haben uns bewegen lassen, den freyen Handel und Wandel zwischen unsern Unterthanen, und der Stadt Eßlingen auch deren Angehörigen mit Innbegriff des Spithals und dessen Dorfschaften dergestalten herzustellen, daß hinfüro, 1) so lange der Schirms-Verein währet, (20. Jahre) ein freyes uneingeschränktes Commercium nicht nur in Victualien, sondern auch in allen andern Stücken — sonderlich Früchten, Bau-Brenn-und Handwerks-Holz, Kohlen, Rinden, alten und neuen Weinen — erhalten werden, 2) wenn künftig aus dieser oder jener Vorsicht das Commercium ausser Lands verboten würde, die Stadt Eßlingen, ausser dem äussersten Nothfall, und de regula, niemal darunter verstanden werden — 3) die zu Zeiten an einigen Orten des Landes gegen Eßlingische Bürger und Verwandte exercirte Auslosungen, in so fern solche keine liegende Güter betreffen, von nun an abgestellt seyn sollen.

## XIV.



NOBILISSIMO & OPTIMO DOMINO

Restaret, ut iura utrique, tam rerum immobilium, quam mobilium retractui communita, exponerem: superessent differentia, quæ inter utrumque intercedunt retractum. 82) Sed cum ista sexcentis sint deducta: hæ vero ex natura rerum mobilium earumque iuribus sponte fluant, Lectorem benevolum ulterius morari nolo, sed hic sisto pedem.

82) Ita actio ad retrahendas res mobiles in foro domicilii solum instituitur, cum e contrario ista, quæ ad retrahendas res mobiles datur, tam in domicilii quam in rei sita foro possit institui. Ita femina, res mobiles, quarum emtio vel æconomica vel non magni momenti est, retrahit sine curatore: & quæ sunt huius generis alia.

pag. 24. legatur quoque pro quos.





E 2

NOBI-



NOBILISSIMO ATQVE DOCTISSIMO DOMINO

AUCTORI

COGNATO SVO HONORATISSIMO


S. P. D.

PRAESES.

*Reddo Tibi Dissertationem tuam, a me non interpolatam aut ita immutatam, ut Tua esse desierit. Tua est electio thematis; Tua etiam est tractatio ipsa, eaque tota. Nihil enim praeter librorum copiam iure mihi vindicare possum. Gratulor itaque Tibi hoc studiorum tuorum egregiorum, quae in utroque examine incluto Iurisconsultorum ordini comprobasti, publicum specimen, DEumque precor, ut itineris litterarii, quod proxime aggredieris, & reliquarum Tuarum destinationum successus felicissimos esse inbeat. Ita vale, & quod facis, me amare perge.*

e Mus. d. XV. Sept. 1771.

NOBI



VD18

ULB Halle


3

007 455 496









B.I.G.

Farbkarte #13

*Pri. 11. num. 2. 1771*

DE  
**RETRAHENDI**  
**ES MOBILES**  
ATIM WIRTEMBERGICO

*1771 5.*

DIVINIS AVSPICIIS  
ERSITATIS EBERHARDINO-CAROLINÆ  
GNIFICENTISSIMO  
c POTENTISSIMO DVCE ET DOMINO  
D O M I N O

*27*

**A R O L O**  
Æ ET TECCIÆ DVCE REGNANTE  
REL. REL.

ECONSVLTORVM ORDINIS AVCTORITATE  
P R Æ S I D E

**IACOBO KAPFF**  
E ET PROFESSORE PVBLICO ORDINARIO  
WIRTEMBERGIÆ DVCIS CONSILIARIO  
CEPTORE ET COGNATO SVO COLENDISSIMO

D GRADV DOCTORIS  
M SEPTEMBRIS MDCCLXXI,  
DISPVTABIT AVCTOR

S **CHRISTIANVS IAEGER**  
WAIBLINGENSIS.

NGÆ TYPIS FVESIANIS.

